1570 8 Maii    Ex Originali MS Stan. Aug. Regis

32

Ad Ludovicum Montium

Magnifice domine amice charissime. Obtinui á regia Maiestate non sine aliqua difficultate, ut stipendium magnificae vestrae, quod scriptum erat trecentorum ducatorum, in totidem scutatos deinceps commutaretur, et ad eam quantitatem universum reduceretur, quae fuit magnificentiae vestrae constituta temporibus reverendissimi domini Episcopi Posnaniensis, qua de re scribit mtas regia ad Agentem suum Neapolitanum dominum Stanislaum Klodzinski. Non dubito quin meum hoc officium sit magnificentia vestra grato animo acceptura. Quae bene valeat. Datum Varsaviae die VIII Maij Anno Domini M.D.LXX.

Dominationi vestrae
amicus ex animo
Franciscus Krasinski
R. Poloniae Vicecancellarius
manu propria

Generoso dono Ludovico Montio
Smi Regis Poloniae Secretario
amico charissimo.

do Stan. Kłodzińskiego Agenta swego w Neapolu, pisze KJMć względem twojej Pensii.

Kaczanowski